

Quod pertinet ad novam hisce in partibus dioecesium distributionem, quam timere te dicis, certus esse potes Sanctam hanc Sedem, siquidem de huiusmodi negotio agendum sit, nihil temere aut inconsiderate acturam; interea tamen si innovationes sciveris in praeiudicium ovium tibi commissarum vergentes, posse requiri obventura damna singillatim, opportunum erit a Te Sanctissimo Domino Nostro significari.

Laudabilis villicationis tuae rationem probaverunt Patres Eminentissimi, illudque desiderandum sibi reliquum arbitrantur, proxime a te mittendam relationem Benedictinae instructioni omnino fore conformem *et intellecturos impleta fuisse omnia quae in superiori responsione perficienda mandarunt de missa a parochis pro populo festis diebus applicanda, de utraque praebenda a Tridentini praescriptum erigenda, de missa conventuali conciliarium feriarum mensibus applicanda, de missarum oneribus spaciali apostolica auctoritate reductis; de officio divino in collegiatis ecclesiis ad sacrorum canonum norma recitando. Omnia haec seu impleta, seu saltem laudabiliter procurata Patres Eminentissimi cognovissent.*<sup>238</sup>

Haec autem dum illorum nomine Amplitudini Tuae rescribo, eidem studium (f. 267v) meum polliceor et a Deo cuncta ex animo prospera auguror et precor.

## 16.

### Izvešće Ivana Krstitelja Ježića 1822. godine

#### 1. Opis izvješća

Relacija je datirana 12. srpnja 1822. godine, nalazi se na ff. 283r-288r, na tri preklapna folija, što čini 6 listova ili 12 stranica dimenzija 36,8 x 23,5 cm. Tekst je neoštećen i čitak. Ježić je istu relaciju uputio i Kongregaciji De Propaganda fide, pa su 18. kolovoza iste godine iz te Kongregacije poslali upit Kongregaciji Koncila je li i kako je Ježiću odgovoreno na molbu za neke ovlasti (f. 290rv). Iz Kongregacije Koncila odgovaraju 3. rujna, prigovarajući što se na dva nadleštva šalju isti upiti (f. 291rv). Savjetnik u Kongregaciji napisao je sažetak i primjedbe na relaciju (ff. 271r-275r), na što je Kongregacija uputila 29. svibnja 1824. dopis odnosno odgovor na Ježićevo izvješće (ff. 292r-296v). U posebnom dopisu Ježić je zamolio da se ponovno primi Nikolu

---

<sup>238</sup> Uz ovaj istaknuti tekst na rubu je povučena crta uz popratnu bilješku: "Del ristretto vedo cassato tutto il di centro articolo, dunque suppongo non siasi in Cong.e con...sso Dica dunque cosa si abbia da fare." Druga ruka dodaje: "Non deve copiarsi il contrasegnato." U *Libri visitationum* toga teksta nema.

Bononija kao njegova opunomoćenika "capellano segreto e crocifero di Sua Santità" (f. 279r). Te godine bila je obveza za 79. trogodište (f. 281r).

Nakon što mu je prigovoreno da je u izvješću iz 1819. mnogo toga ispustio, ovo izvješće Ježić je pisao prema službenim uputama.

## 2. Sadržaj izvješća

Ježić je podijelio svoje izvješće u 9 paragrafa.

Nakon što je opisao granice biskupija, kaže da biskupije nemaju nikakvih povlastica. Senjski kaptol ima pravo mocete i kape magne, a u modruškom imao je pravo na mocetu samo bakarski zborni kaptol, a 1814. Sveta Stolica to je podijelila bribirskom i novljanskom. Car, međutim, to nije potvrdio, a namjerava dokinuti sva tri zborna kaptola. Biskup moli da mu se obnovi pravo na dispensu od drugog koljena rodbinstva i tazbinstva.

Senjska biskupija ima samo jedan grad – Senj; Modruška Rijeku, Bakar i Karlobag, te trgovišta: Novi, Mrkopalj, Ravnu Goru i Vrbovsko. Senjska je katedrala u veoma dobrom stanju, a kaptol ima šest kanonika. Modruški kaptol čine tri zborna, a riječku zbornu crkvu misle podignuti na stolnu. Kaptoli obavljaju po propisima svoje dužnosti. Nemaju statute, niti postoji nadarbina za kanonike, teologa i penitencijara. U Senjskoj je biskupiji 28 župa, a u Modruškoj 108. U Rijeci i Karlobagu kapucinski su samostani, a na Trsatu je franjevački samostan. U Rijeci su također benediktinke. Redovnici nemaju župa, ali pomažu župnicima ponajviše u ispovijedanju. Uglavnom su uzornog života. Poštuju biskupska prava, a biskup poštuje njihova. Marija Terezija je 1779. osnovala fond od 1.000 florena u korist benediktinki, pod uvjetom da drže školu za djevojke. Od toga fonda sada se malo dobije, pa se godišnje dodaje 500 florena.

Sjemenište je osnovano 1806. za 24 klerika s četiri profesora, s prihodom od 10.495 florena godišnje. Trenutačno ima još 12 pripravnika. Predaje se dogmatska teologija, Sv. pismo, kanonsko pravo, crkvena povijest, istočni jezici, grčki i hebrejski, pastoral, patrologija i pedagogija.

Svećenika je malo. Nedostaje 98 kapelana. Svećenici u župama gdje župljani nisu raspršeni imaju vjeronaučnu pouku nedjeljom, a u ostalima u došašću prigodom zornica, koje rado posjećuju. Nose redovito talar, osim kada su na putu ili kad jašu na konju. "Casus conscientiae" ne održavaju se, a nisu toliko potrebni, jer je kler većinom dobar. Dobar je također moral naroda. U Rijeci se gradi nova bolnica, a u Senju je za tu svrhu jedan građanin iznajmio svoju kuću na 5 godina. U jednom i drugom gradu postoji bratovština Žalosne Gospe.

Biskup je bio odsutan samo pet puta zbog sudjelovanja na državnim saborima. Unutrašnjost biskupija vizitirao je sedam puta, a primorske krajeve devet. Sakramente Sv. reda i potvrde podjeljivao je osobno. Biskupijsku sinodu nije održavao, a nije pozivan ni na provincijalnu. Ove su godine u čitavom mađarskom kraljevstvu održane biskupijske sinode, a nacionalna sinoda bit će idućega rujna u Požunu, ali biskup neće ići, jer je od 1813. biskupija odvojena od mađarskog kraljevstva i podređena nje-

mačkim zakonima. Bilo bi lijepo da se ponovno uključi u to kraljevstvo. (U dodatku biskup kaže da će se, Bogu hvala, to ubrzo ostvariti.)

Riječ Božju naviješta uvijek na Novu godinu, a jednom je u Senju imao i korizme-  
ne propovijedi. Često u vrijeme vizitacije propovijeda narodu. Inače to čine podobni  
i učeni propovjednici. Kancelariju i kancelara uzdržava od biskupske menze. U radu  
ga nitko ne ometa. Senjskoj katedrali darovao je veliki oltar i oltar Sv. Sakramenta,  
dva baldahina i druge predmete, te pridonio mnogo pri obnovi. Novom je darovao  
baldahin, pokaznicu i dva kaleža. Pomagao je potrebnim župama i siromasima.

Kongregacija je odgovorila 28. svibnja 1824. Izražava zadovoljstvo da je izvješće  
napravljeno u skladu s odredbama Benedikta XIV. Državna vlast nema pravo dokidati  
zborne kaptole u Vinodolu. Ovlast dispencije za drugo koljeno više Sveta Stolica ne  
daje, jer su nastala mirna vremena. Opet naglašava potrebu teološke i pokorničarske  
nadarbine. To ne može nadomjestiti ni pouka koja se daje u sjemeništu. Prema potrebi  
biskup neka dijeli potvrdu i izvan vremena vizitacije. Treba kaptolima narediti da u do-  
govoreno vrijeme sastave svoje statute. Župnici trebaju držati homiliju na svečanim mi-  
sama. Svećenike treba okupljati na sastanke na kojima nek se raspravlja o raznim  
teološko-pastoralnim pitanjima. Potrebno je izvidjeti imaju li u riječkoj bolnici (gostin-  
cu) neku povlasticu o oslobođenju pregleda računa od strane biskupa.

(f. 283r)

### 3. Izvješće

Eminentissimi Patres!

Relationem harum duarum dioecesium, Segniensis videlicet et Modrussien-  
sis, quarum una, Segniensis nimirum, directe, Modrussiensis autem in admini-  
strationem perpetuam uni episcopo ab anno 1600. conferri usuveniebant,  
substernere jussus, sequentia referenda demisse censebam. Segniensem epis-  
copatum anno 1150. in quantum episcoporum series perhibet; Modrussien-  
sem vero anno 1185. erectos fuisse, clare expresseram, mea praedictarum  
dioecesum ellucubratione anno 1813 Suae Sanctitati Domino Nostro Pio Pa-  
pae VII.<sup>239</sup> per demissa submissa; Nunc itaque ad meritum:

#### § I.

1. Institutio horum episcopatum patet ex praemissis.

2. Horum episcopatum confinia sunt: ad orientem: triplex nempe confi-  
nium: Turciae, Dalmatiae et Austriae; ad meridiem: Mare Adriaticum; ad occi-

<sup>239</sup> Izvješće Kongregaciji koncila poslano je 1814. Vjerojatno je Ježić poslao posebno izvješće papi osobno,  
i to godinu dana prije, ali ono još nije pronađeno. Naime, u spomenutom izvješću iz 1814. nema  
povijesnih podataka o kojima je ovdje riječ.

dentem: Istria; et ad septentrionem: dioecesis Zagrabiensis et Labacensis; ex parte orientis Jadertinum attingit archiepiscopatum; atque Nonensem episcopatum ad meridiem; ad meridiem, tres sunt trans mare in insulis: Arbensis, Veglensis et Absorensis episcopatus; ad occasum Tergestina dioecesis.

3. Privilegia et praerogativae horum episcopatum, quantum mihi constaret, nulla sunt; habent attamen duo distincta capitula; Segniense nimirum et Modrussense; primum: usum mozzettae et capae magnae; Modrussense vero antehac in solo co-Cathedrali capitulo Buccarensi praeditum mozzetta duntaxat usum; duo vero alia co-cathedralia capitula, Noviense et Bribiriense, anno 1814. Sancta Sede clementissime concessum mozzetae usum, qui tamen pro his duobus capitulis placetum regium obtineri tum ideo nequiverat, quod omnia tria co-cathedralia capitula, Noviense (f. 283v) videlicet, Bribiriense et Buccarense sublata absolute velint.

Porro id quoque adjiciendum demisse arbitrabar, Segnienses et administratores Modrussienses episcopos, jam ab annis fere ducentis, a recuperatione nempe Liccae et Corbaviae e manu Turcarum, in facultatibus Sanctae Sedis jugiter expressum fuisse, antelatos Segnienses et Modrussienses episcopos dispensandi in secundo consanguinitatis et affinitatis gradu, facultatem habuisse; plane ego ipse in primis facultatibus idipsum habebam, at in renovatione facultatum nulla huius amplius mentio facta fuerat; peto itaque demissus, vellet Sua Sanctitas me hac facultate donare, tanto amplius quanto facilius sit transitus juvenum, his gradibus irretitorum, ad Bosniam Turcicam; quodipsum in aliis regiminibus confinariis, itidem Bosniae conterminis, facile posset accidere, pro quibus aequae Suam Sanctitatem dominum nostrum, pro hacce gratia consequenda perdemisse exoro.

4. Episcopatus Segniensis unicam civitatem Segniensem numerat, Modrussensis vero dioecesis continet civitates: Fluminensem ad fanum Sancti Viti, Buccarensem et Calobagensem; oppida vero numerat: Novi in Vinodol, Merkopolum, Ravnagora atque Werbovsko.

5. Cathedralis ecclesiae Segniensis status cum materialis tum formalis optimus est; sex numerat canonicos, una animarum cura exercentes; praebenda vero poenitentiariae et theologalis haud unquam exstiterē, neque pro iis uspiam fundus inventus est.

6. Ecclesiae co-cathedrales Modrussienses in tribus collegiis etiamnum supersunt; quantumvis per mortem unius nemo ausit jussu Principis illic substitui; sunt autem: Noviense in Vinodol, Bribiriense et Buccarense, quarum canonici curam (f. 284r) quoque animarum exercent, absque tamen theologali

praebenda. Est et collegiata Fluminensis, quam in cathedralem erigere velle videntur.<sup>240</sup>

7. Numerus ecclesiarum parochialium in dioecesi Segniensi est Nr. 28, dioecesis vero Modrussiensis habet curatas parochiales Nr. 108, pleraque sunt satis supplectilibus sacris instructae, nonnullis vero pauperioribus et ego aliquantum succurri et populi sensim sine sensu succurrere satagunt.

8. Monasteria sunt in una Modrussiensis ecclesia; videlicet: virorum Flumine Capucinatorum, Tersacti Franciscanorum strictioris observantiae, et Carlobagi Capucinatorum; hi cuncti meae subsunt jurisdictioni. Adest praeterea conventus sanctimonialium Benedictinarum Flumine, meae aequae jurisdictioni subjectus.

9. Adest clericorum seminarium pro utraque dioecesi, Segniensi videlicet et Modrussiensis, Segniae; munificentia Suae Maiestatis imperatoris anno 1806. erectum, fundatione pro quatuor et viginti clericis et quatuor professoribus, florenis 10.495 annue stabilita, proinde nulla taxa extranea, quantumvis difficilis esset, ob populorum paupertatem, illius exactio nunc opus est.

10. Hospitale quidem valde exiguum modica cum fundatione existit Flumine, actu vero de novo erigendo, empta jam una domo cogitatur. Alterum vero adhuc miserius existit Segniae, absque tamen domo propria, uno cive ex caritate pauperibus ad quinquenium data habitatione.

11. Extiterat quidem mons pietatis Flumine, at in praesentia illius exstant vestigia.

## § II.

1. Residentiae praeceptum a sacris conciliis, Concilio Tridentino et constitutione Urbana praescriptum, pro tempore explevi; (f. 284v) aberam tamen ultra menses conciliares quinquies ad comitia Regni Hungariae per regias epistolas, ut jugiter in more erat, evocatus.

2. Visitationem canonicam per quatuor militaria confinia et partem montanam dioecesis Modrussiensis septies, in districtu autem maritimo, ab oppido Novi in Vinodol usque Grobnik et Flumen explevi novies, et quidem jugiter in persona.<sup>241</sup>

---

<sup>240</sup> Upravo se 1822. odustalo od toga.

<sup>241</sup> Ovdje je riječ o vizitacijama za vrijeme njegova biskupovanja, ne od zadnjeg izvješća.

3. Per memetipsum fere semper sacras ordinationes explevi, raro admodum, idque infirmitatum tempore, vel si Viennae aut Pestini juvenes altioribus disciplinis operam navarent, dimissiorales eis litteras expediebam. Quinimo alienos frequentissime, cum dimissorialibus, ordinavi. Sacramentum vero confirmationis semper per memetipsum administravi.

4. Synodum dioecesanum, quae non nisi Summi Principis nutu fiunt, qui nunquam nobis innotuit, haud servavi. Nec ad provincialem synodum haud umquam evocatus exstiti, quoniam et hae a voluntate Principis pendebant, nec habitae sunt nec ad eas fueram invitatus. Anno primum hocce dioecesanæ synodi in toto Hungariae Regno ab omnibus episcopis, ita volente Principe habitae sunt; synodus vero nationalis, primate Hungariae archi-episcopo Strigoniensi cooperante, Principe admittente, cum octava affuturi mensis Septembris Posonii habebitur. Ad quam ego comparere nequeo, quod ab anno 1813. ab Hungariae Regno avulsus sim, Germaniae legibus subjectus, spes autem affulget maxima, ut postliminio dioeceses meae praedicto Regno ingreantur.

*Id quod Superi laudes! Resolutione Suae Majestatis Imperatoris et Regis apostolici de dato 3. Julii a. c. effectui mancipatum est, quem in finem comissarii Suae Majestatis pro cellerrima incorporatione Regno Hungariae, heic in dies adexpectantur*<sup>242</sup>.

5. Verbum Dei omni anno in festo Circumcisionis Dominicæ annuntio Segniae, una vice dumtaxat cursum praedicationum quadragesimalium ex defectu invitati, ab infirmitate pressi, concionatoris, explevi. Saepius Novi in Vinodol, tum Buccari, cum in diversis (f. 285r) dioecesis paroeciis sacro visitationis tempore sermones ad populos habebam. In reliquo viri semper idonei ad idmodi praedicationis officium, salubriter exequendum, assumpti fuere, ad meum solatium et fructum animarum.

6. Nullum poenarum et mulctarum pecunialium depositoryum presto unquam fuit hisce in dioecesibus.

7. Taxa cancellariae meae admodum exigua est, ut meminisse eius non expediat; ego enim de mea mensa cancellarium meum et cancellariam provideo.

8. In officio meo episcopali a nemine turbor, legibus nihilominus Summi Principis, quae tollerabiles sunt, me obsequi oportet.

<sup>242</sup> Tekst pisan kurzivom naknadno je dodan uz rub.

9. Pudore suffundor, me bonorum operum a me praestitorum Eminentissimi Vestris exarare; attamen, si absque jactantia ausim, id possum demisse refferre, me cathedrali ecclesiae Segniensi pretiosum ornamentum cum casulis, dalmaticis et pluviali, duo praeterea baldachina atque tribunam donavisse; una aras geminas, maiorem nimirum et Sanctissimi Sacramenti ex proprio crexisse. Porro adiutorium in restaurationem cathedralis ecclesiae plures centenos florenos erogavisse. In oppido Novi in Vinodol aram maiorem construi, baldachinum pro theophoria, monstranciam ac duos calices, corporalia et paramenta curavisse. In Kutterevo tres casulas, corporalia, purificatoria, duo pulvinaria et missale Beatae illic Virgini addixisse; casulas praeterea diversis parochiis pretiosas Nr. 15 aequae donavisse; pluribus ecclesiis parochialibus quae vel de novo exstruebantur, vel maiori ex parte restaurabantur, partem expensarum suppeditavisse. Pauperes et populos haud unquam neglexi, continuo praestitis iisdem suppetiis, jam in maiori, jam in minori summa, quod me porro facturum polliceor, si vitam Superi prorogare mihi voluerint, haec an diu perstitura sit (annum quippe sextum et septuagesimum ago) ignosco in manu Dei sumus!

### § III.

(f. 285v) 1. Canonici cathedralis ecclesiae Segniensis et Modrussiensis choro jugiter intersunt.

2. Horas explent canonicas, et missam quolibet die conventualem celebrant.

3. Pro benefactoribus applicant quotidie.

4. Constitutiones quidem nullas habent, attamen ex usu et exemplo conterminarum ecclesiarum edocti, singula servant ad ammissim.

5. Nullus obtinet praebendas poenitentiarum aut theologi, cum canonicorum singuli curam animarum exercent egregie, et existat seminarium in quo quatuor professores sublimiores scientias theologiae dogmaticae, sacrae scripturae, historiae ecclesiasticae, juris canonici caeteraque insigniter praelegant.

6. Parochi omnes in suis resident paroeciis.

7. Matrimonii libros, baptismi et mortuorum ad normam Ritualis Romani exactissime retinent.

8. Plures indigerent aliorum adiutorio sacerdotum, ut sacramenta populis administrarent, quoniam vero cleri defectus in 98 cooperantibus existit, parochi duplicare operam, alacriter tamen, necessitantur.

9. Absentes ad modicum parochi, vicinis parochiis suas commendant animas, in reliquo singulis dominicis diebus; ac sollemnioribus festis, sibi commissis animabus verbum Dei annunciant, catechetico-moralibus sermonibus, Tridentini monitis obsequentes.

10. Dominicis diebus in communitatibus, in cumulo existentibus, fidei rudimenta et obedientiam erga Deum, parentes et principem edocent, nisi magis aestivi dies id prohibeant, in reliquis vero communitatibus et paroeciis, in quibus fideles ad unam, alicubi ad duas et amplius, horas ab ecclesiis parochialibus distant, in iis parochi rudimenta (f. 286r) fidei et caetera toto Adventus Domini tempore singulis diebus sub missa Rorate<sup>243</sup>, quae ante solis ortum habetur, cum fructu explanant, tanto a fortiori quod ad illam missam omnes pueri utriusque sexus libentissime concurrant, non tamen ita, si ita praescriptum esset, singulis Dominicis diebus.

11. A singulis parochis dominicis et festis de praecepto diebus missae pro populo, curae illorum concredito, quantum mihi constat, applicari non intermittitur.

12. Ad sacros ordines promovendi octiduana jugiter exercitia, vel apud religiosos vel praeclaros parochos, continuo praemittunt, non tamen ad tonsuram et quatuor minores ordines, sola praeparatione facta apud respectivos suos parochos.

13. Veste tallari, signanter in functionibus ecclesiasticis, jugiter utuntur, nisi breviori veste, maxime ad dissitas excursiones, uti necessitentur, quas plerumque equo insidentes, peragere debent.

14. Conferentiae theologiae moralis, seu casuum conscientiae, in dioecesis meis, sint, Superis laudes, necessaria haud sunt, cum universus clerus meus, partim quod undequaque idoneus esset, partim quod ob distantias harum dioecesium, quae sunt in longitudine sex dierum et latitudine trium, nullo modo ad idmodi conferentias confluere queat.

15. Cleri mei saecularis potiori ex parte boni sunt mores, accidit nihilominus nonnumquam ut aliqui infeliciter labantur, ego attamen, Deo juvante, praesto sum ut iterum boni fiant, quin necesse sit ad potentius remedium recurrere.

#### § IV.

1. Regulares quidem curam animarum stricte haud exercent, quod hisce in dioecesibus nullam obtineant parochiam; sunt tamen jurisdictione donati ut

<sup>243</sup> Zornice.

sublevent clerum saecularem in audiendis confessionibus; cuncti meae subsunt jurisdictioni in quantum necessitas posceret; eos in reliquo juxta suas vivere regulas imperturbatos relinquo.

2. Duo capucini curae animarum fuere mancipati ob cleri defectum (f. 286v) caeterum morbis afflictati ad suos rediere conventus, nullus igitur extra conventum degit, nec inde quisquam ejectus exstitit, sunt etenim omnino exemplares.

3. Singulis vicibus, dum canonicam visitationem suscipio, visitationem quoque in eorum ecclesiis, nemine contradicente, expleo, et quoniam eos omnino morigeros constanter animadverti, haud unquam in eos animadverti.

4. Nullum cum regularibus offendiculum deprehendi, nullasve contrarietates, dum delegata jurisdictione utebar, quin potius a cunctis religiosis, utriusque sexus, reverentiam omnem et amorem singularem sum expertus.

#### § V.

1. Sanctimonialia Flumine existentes mihi, ut praemissum, subjectae suas observant constitutiones.

2. Clausura in earum monasterio inviolate custoditur, tum quoniam Summus Princeps id strenue adurgeret, tum ego quoque eius insisterem vestigiis.

3. Nulli abusus qui consilio et auxilio Sacrae Congregationis egerent, in hoc monasterio intervenêre.

4. Praeter ordinarium confessorem, alter eis extraordinarius non solum vicibus quatuor per annum, sed etiam quoties id quaequam poscerent, concessus fuit.

5. Conventus sanctimonialium Flumine (in dioecesibus meis unici) reditus fideliter administrantur; monialium autem dotes nullae in praesentia conferuntur. Fundatio nihilominus illarum antiquior a felicis recordationis Imperatricis Mariae Theresiae, anno circiter 1779. triginta mille florenis relicta est, cum onere scholam puellarum tenendi, quantumvis jam fere nihil redderet; unde interusurium annuum a quinque pro cento emanat; imo, si proventus hi minime iis sufficerent, fere quotannis florenis 500 desuper donantur.

(f. 287r) 6. Quemadmodum sanctimonialia praedicta nulli regulari superiori subjectae essent, erga talem haud inobedientes, aut contradicentes esse poterant; quas contradictiones et inobedientias ego in trigesimum quartum annum eorum episcopus nunquam sum expertus.

7. Antelatarum monialium ordinarius confessarius est presbyter saecularis; extraordinarium vero ad illarum instantias gvardianum Capucinatorum, excustodem provinciae, iis adplacidavi.

8. Rationes reddituum singulis mihi annis exhibentur ab iis, cuncta debite expenduntur, quin dilapidatio aliqua usquam observaretur.

## § VI.

1. In seminario dioecesano alumni aluntur 24 cum credentiariis ad statum ecclesiasticum adspirantibus fere 12 gramaticalibus studiis vacantibus.

2. In disciplina ecclesiastica recte instituuntur.

3. Studiis vacant, ut superius § III. puncto 5 innui: Theologiae dogmaticae, Sacrae scripturae, Juri canonico, Historiae ecclesiasticae, Lingvis orientalibus, Graecae et Hebraeae, Pastoralis, Patrologia et Pedagogia.

4. In cathedrali ecclesia Segniensi, cum illic Seminarium erectum esset, omnibus festis ac dominicis diebus, cum aedificatione populi inserviunt clerici.

5. Necessaria cum plurium canonicorum consilio, pro recto Seminarii regimine, constitui.

6. Quoties concedo Segniam, toties et frequentius per illam moram visito, exquiroque num constitutiones fuerint ad ammissim adimpletae.

7. Nulla taxa a me stabilita fuit, nulla proinde exacta; quod Sua Maiestas imperator sufficienter providerit, cum pro (f. 287v) juvenibus tum professoribus et superioribus eiusdem Seminarii, uti § I. puncto 9 innui.

## § VII.

1. In sacristiis cunctis singularum quoque ecclesiarum exposita est tabella onerum missarum et anniversariorum, tenore decretorum sanctae memoriae Urbani VIII., quibus etiam punctualiter satisfactum est.

2. Confraternitates et scholae quae aliquid possiderent nullae existunt, sunt tamen confraternitates geminae, una Segniae et altera Flumine, Septem dolorum Beatae Mariae Virginis, quae praeter marsupialem eleemosynam, mox in suffragium defunctorum confratrum errogandam, nihil possidere, sive in fundis sive in capitalibus, dignoscuntur; hinc in eis eoipso nihil executioni mandatur. Caeterum quaequae pia legata a testatoribus pro suffragio animarum fiunt, ea insistente quoque Summo Principe, fideliter observantur.

3. Sicut nulla idmodi pia loca, ut praemisi, existunt, ita nec rationes ab iis exiguntur.

4. Mons pietatis nullus in dioecesibus amplius adest.

5. Infirmorum hospitale Flumine tenuissime provisum et valde parvum, donec novum exaedificetur, singulis visitationibus meis canonicis invisi, quin eius redditus mihi unquam etiam poscenti fuissent exhibiti.

### § VIII.

1. Mores populi inferioris, plerumque audiunt optimi, non tamen ita a statu civiliore in civitatibus et guberniis militaribus; quos strictissime Sua Majestas imperator ad observantiam divinae et Ecclesiae legum adurget, unde spes affulcet ut (f. 288r) meliores reddantur.

2. Nulli abusus idmodi, aut prava quaequam inolevit consuetudo quae consilio indigeret et Sanctae Sedis adjutorio.

### § IX.

Ultimo tandem, cum ego in praesentiarum nulla necessaria postulata, quae Sacrae Congregationi pro ferenda medella devote refferem, habeam; illud hac occasione Sacrae Congregationi Eminentiarum Vestrarum substernendum esse censebam, me ab ultima relatione mea, et sacrorum Liminum per alium visitatione peracta; quatuor continuis annis visitationem canonicam tenuisse, sacrum confirmationis sacramentum prolibus administravisse, cuncta in ecclesiis in ordine reperisse, licet nonnullae ut § I., puncto 7 innui, tenuiter provisae essent; septem hoc tempore novas, aut ex integro restauratas ecclesias et altaria consecravisse.

Et haec sunt quae pro munere meo episcopali perdemisse refferenda habebam, qui in osculo Sacrarum manuum perenno.

Eminentiarum Vestrarum

humillimus et obligatissimus servus

Joannes Baptista Jesich episcopus Segniensis

et Modrussiensis seu Corbaviensis

Novi in Vinodol pone Segniam

die 12. mensis Julii 1822.

#### 4. Odgovor Kongregacije

Odgovor nosi nadnevak 28. svibnja 1824. *Libri visitationum* 37/II., ff. 250Av-254Ar. *Relationes*, kut. 734, ff. 292r-296v. (28. Mai)

(f. 250AV) Reverendissimo Domino Episcopo Segniensi et Modrussiensi  
Die 28. Mai 1824.

Amplissime Domine

Etsi superiores Amplitudinis Tuae de Ecclesiarum istarum statu litterae satis Eminentissimis Patribus Tridentini juris vindicibus ostenderant, quo sis in Apostolicam hanc Sedem eximio prorsus studio atque observantia, id tamen proxima relatio die 12. Julii 1822. data maiorem in modum comprobavit. Vident enim Eminentissimi Patres Amplitudinem Tuam in ea exaranda Sacrae huius Congregationis monitis fideliter obtemperasse, eamque propterea ita ad Benedictinae instructionis tramites exegisse, ut nihil in hoc prorsus desiderandum reliquerit. Tantam igitur in Amplitudinem Tuam fidem, (f. 251r) diligentiamque inprimis commendant, quaeque pro suo munere eisdem in litteris animadverterunt simul suscipiunt declaranda.

(f. 292v) Atque illud primum explicatione eget, quod in relationis exordio innuere videtur Amplitudo Tua. Supremam scilicet regni istius potestatem, capitula Noviense, Bibrixiense (!) et Buccarense *sublata omnino velle*.<sup>244</sup> Nam si id ita interpretari debet, ut regium istud gubernium trium illorum capitulorum suppressionem moliatur, sibi religioni ducunt Eminentissimi Patres, zelum ac vigilantiam tuam in Domino hortari atque obtestari, ut nihil praetermittas auctoritatis, consilii, gratiae adhibere, ne quidquam tale in sacrarum rerum detrimentum, Sede Apostolica inconsulta, decernatur.

Neque vero Amplitudo Tua mirari debet, facultatem dispensandi secundo consanguinitatis seu affinitatis gradu ad matrimonia ineunda, quam et tuis praedessoribus et tibi etiam ipsi alias largitam scribis, in novissima tuarum facultatum concessione fuisse praetermissam. Proximae enim (f. 251Av) eaeque tristissime rerum vices quibus Europa misere conflictata fuit, fecerunt ut Apostolica Sedes, gravi fidelium necessitate adducta, facultatem ipsam nonnullis hactenus episcopis facile concesserit aut prorogaverit. Nunc vero, Europae rebus divina benignitate placatis, nullique ad Sanctam Sedem confugiendi aditu intercluso, eamdem Summus Pontifex sibi uni retinendam esse decrevit. Tuae itaque pastoralis sollicitudinis erit, id quod caeteri omnes episcopi facere debent, in casibus particularibus a Summo Pontifice per Apostolicam Datariam dispensationes huiusmodi implorare.

<sup>244</sup> U primjerku u *Libri visitationum* nije podertano.

In eo autem virtutem tuam maxime excitant Eminentissimi Patres in quo refers capitula Segniense ac tria (f. 293v) Modrussiensa, videlicet Noviense, Bibrixiense<sup>245</sup> et Buccarense collegiata utraque destitui theologali et poenitentiaria praebenda, in iisque animarum curam per omnes cumulativim canonicos exerceri. Nec enim probare potest Sacra Congregatio collegiatas ecclesias, si insignes existant, (f. 252Ar) theologalem, multoque minus cathedrales neutram illam habere praebendam, cum id Tridentini legibus sessionis V de reformatione, cap. 2 aperte adversetur.

Cui quidem incommodo satis consulere nequeunt sublimiores scientiae quae in Seminario docentur, multoque minus animarum cura per omnes canonicos exercita, quemadmodum arbitrari videtur Amplitudo Tua. Illud enim clerum non populum juvat; hoc vero maiori fortasse damno quam utilitati fidelibus esse potest. Tibi igitur Eminentissimi Patres in memoriam revocant quae suis litteris die 5. Februarii datis Amplitudini Tuae hac de re declararunt; atque eo quo fervere religionis studio confisi sibi persuadent, te omni ope adnissurum, ut in cathedrali ista tua utraque erigitur praebenda, in collegiatis vero insignibus, ubi fieri possit, theologalis saltem constituatur. Auctores praeterea atque hortatores tibi sunt, ut unum dumtaxat in singulis ecclesiis designes canonicum, qui ex officio parochi munus ac ministeria impleat; quin tamen caeteros prohibeas, debita ab illo dependentia, spirituali ovium (f. 252Av) tuarum saluti navare operam.

Ad totam vero tuae procuracionis quod spectat rationem, magnopere laetatur Sacra Congregatio omnibus te boni pastoris muneribus pie sapienterque perfungi. Quam quidem in curam cum te totum incumbere videant, dubitare nequeunt Eminentissimi Patres, quin extra sacram etiam visitationem, cum stata scilicet tempora vel necessitas postulant, confirmationis sacramentum fideliter conferas. Liberalitas porro illa qua in ecclesiarum aedificia vel decentiorem ornatum, sacramque suppellectilem non mediocrem pecuniae vim contulisti, te decorem domus dei inprimis diligere luculenter ostendit.

Quoniam vero ad optimum capituli cuiusque regimen valde conducit, ut suas ipsas habeant servantque leges, idcirco rem tua virtute dignissimam te facturum iudicant Eminentissimi Patres si ad sacrorum canonum, ac Benedicti praesertim XIII instructionis praescriptum capitulares leges conderes, easque capitulis istis observandas proponeres. (f. 253Ar) Cuius quidem rei eo magis Eminentissimi Patres tibi sunt suasores, quod probe meminere se superioribus suis litteris nonnulla vigilantiae tuae commendavisse, in quibus divina officia persolvendi ratio in collegiatis istis capitulis minus recta ac

<sup>245</sup> Treba: Bribiriense.

diligens videbatur. Cum tamen nihil amplius iis de rebus commemoret Amplitudo Tua, pro certo habet Sacra Congregatio illis virtute tua satis consultum fuisse, proptereaque canonicos istos omnes sua nunc fideliter, atque ex ecclesiastica disciplina munera obire.

Quibus Amplitudinis Tuæ laudibus ea etiam accedere maxime vellent Eminentissimi Patres ut parochi dioeceseos tuæ singulis diebus festis inter missarum solemnia sermonem de Evangelio populo haberent, eumque iis quæ ad æternam salutem pertinent edocendum curarent. Dubium enim non est, (f. 295v) quin si minus pueri, at certe adulti, qui diebus illis parochiali missæ interesse debent, præcipuum inde fructum sint suscepturi.

In iis quidem quæ de clero universo scribis, est quod curis (f. 253Av) ac religioni tuæ vehementer gratulari debeat Sacra Congregatio. Attamen persuasum habet, cleri ipsius scientiam atque ecclesiasticæ disciplinæ studium mirifice auctum iri, si illum frequenter congregaveris, ut de moralibus liturgicisque rebus habeat disceptationes. Probe enim noscit Amplitudo Tua quantum id a pontificiis sanctionibus commendetur, quantoque cum fructu in caeteris fere omnibus bene constitutis dioeceseos locum habeat. Ne vero nimis longæ lateaque locorum distantia frequentibus huiusmodi clericorum conventibus impedimento esse queant, optimum Amplitudo Tua inibit consilium, si illos in pluribus simul dioeceseos (f. 296r) locis constituerit. Quod si neque hæc effici posse pro sua prudentia cognoverit, cuperent saltem omnino Eminentissimi Patres ut ad calcem Kalendarii dioecesani ederet quaestiones de morali theologia sacrisque ritibus a clericis istis, iis præsertim qui animarum curæ præpositi sunt, solvendas, in singulos menses, (f. 254Ar) ac deinde suo examini ac iudicio subiiciendas. Nam et id in nonnullis dioeceseos factitatur, et sua certe minime caret utilitate.

Quod autem hospitalis Flumine existentis utcumque exigui administratiōnis rationes numquam tibi, præsertim petenti, exhibitæ fuerint, id nullo quidem pacto ferendum esse Patres existimant. Tuum igitur erit inquirere num id apostolico aliquo indulto, quo pium illud locum gaudeat factum sit. Quod si rem secus esse compereris, curabis (f. 296v) omni studio, ut in sacra saltem visitatione reddituum atque impensarum ratio tibi reddatur.

Hæc habui quæ Amplitudini Tuæ de collegarum meorum sententia rescriberem. De me<sup>246</sup> vero, præcipuum tibi studii atque observantiæ in te meæ testimonium exhibeo, cui fausta omnia precor.

<sup>246</sup> Kardinal prefekt Kongregacije Emmanuele de Gregorio.